



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De fonte concesso à Deo fratribus monasterij in Scopulo ad orationes  
Abbatis eorum Theodosij. Capvt. LXXX.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.

1 Dies cœne dominicæ sanctus est.

2 Vides hic nullam fieri mentionē de altera specie, quia etiā tunc vigeat consuetudo cōmunicandi laicos sub vna specie tantū, de qua etiā mentionē facit Conciliū Constantiense.

3 Qui hereticus est, non est communionis sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.

4 Et hic in sacra Eucharistia manifestè apparet quanti sit Catholicæ Ecclesiæ communio

Defonte concesso à Deo fratribus monasterij in Scopulo ad orationes Abbatis eorum Theodosij.

## CAPVT. LXXX.

PERVENIMVS ad monasterium Abbatis Theodosij in Scopulo. Est autem mons inter Seleuciam, & Rosum Ciliciæ, patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est iactus sagittæ, & ostenderunt nobis fontem magnum valdè, ac speciosum, dixeruntque nobis: Fons iste, fratres naturalis non est, sed nobis diuinitus indultus est. Sanctus enim pater noster Theodosius multum ieiunauit, multumque lachrymarum fudit, ac multis orationibus & genuflexionibus obtinuit, vt Deus nobis aquæ istius solatium, & vsū prestare dignaretur. Ante enī ex torrente patres nostri aquā hauriebāt. Sed Deus, qui facit voluntatē timentium se, sua infinita bonitate præstitit nobis aquæ istius refrigeriū per orationes sancti patris nostri. Verū ante hoc biennium, quidam ex fratribus petierunt à patre monasterij, vt lauachrū ædificaret in monasterio. Abbas autē grauer id quidē ferebat, cessit tamē, fratrū infirmitati cōdescendēs. A edificatū est igitur lauachrū in monasterio semelq; tantummodo lauatum est in eo,

CUM



cum statim exsiccatus est talis, tantusque à Deo nobis præstitus fons. Et in veritate vobis dicimus, Christiani, multum ieiunauimus, multum orauimus, multas genuflexiones egimus, vt aquam reciperemus, nihilque profecimus. Annus ergo integer sine aqua fontis impletus est, eramusque in magna tribulatione. Statim vero vt pater noster bonus, & mitis destruxit lauachium, Deus aqua iterum reddidit nobis.

1 *Ieiunium oratio, lachryme, & genuflexiones valent multum ad impetrandum aliquid à Deo.*

*De puteo, qua impleto, submissa imagine eiusdem Abbatis Theodosij.*

C A P V T LXXXI.

**N**arrauerunt nobis patres ipsi & istud dicentes: Mulier quædam fidelis in partibus Apamiæ his diebus puteum fodit. Cumque plura expendisset, ingentesque labores tolerasset, & effosso puteo in magnam altitudinem, æquam non inuenisset, in incerore multa erat, & propter laborem, & propter impensas. Apparuit autem ei sic afflictæ mulier quædam in somno dicens: Mitte in scopulum, & adduci tibi faciam imaginem Abbatis Theodosij, & per ipsum tibi Deus aquam præstabit. Mulier autem protinus duos homines misit ex suis, accepitque imaginem sancti. Quam cum in puteum submisisset, statim aqua manauit, ita vt dimidium puteum pleretur, Tulerunt autem nobis ex eadem aqua, & bibimus, & glorificauimus Deum.

3 *Habes & hic imaginum usum antiquum esse in Ecclesia, & earum venerationem.*

2 *Si imagines Deo non placerent, & earum veneratione, ad huius submissionem in puteum non exhibisset tam magnum miraculum.*